¶ Negotiatores in curia principis ſunt immunes vt purperarius et veſtiarij ⁊c. vt.l.negotiatores.C.de excu.mune. et q̄d iuris in ꝓcuratore ceſaris.vide.l.j.C.e.ti.

ccv.

¶ Qui dat pecuniā vt non ſubeat onus pu.perdit pecuniā ⁊ ſubdit onus.gloſ.et tex.in.l.illud.C.de excu.mune.

ccvj.

¶ Fiſcus eccleſie romane eſt vbicūq̄.ſm Bal.in.l.hereditas.ff.de here.inſtit. ⁊ vide Bal.in rubrica.ff.de re.diui.

ccvij.

¶ Ueneti ⁊ Januenſes ex inueterata cōſuetudine habent maria diſtincta ⁊ imponunt gabellas nauigantibus ⁊ habēt iura fiſcalia.ſm Bal.in rubri.ff. de re.diui.⁊ in.l.pe.C.de con.inſti.

ccviij.

¶ Publicani tenentur oſtendere librum eorū vt vſurarij.cle.j.de vſur.ſm Bald.in l.diſſolute.C.de condi.ſine cauſa.

ccix.

¶ Quando teſtator metu coactus eſt ad inſtituendum aliquem:hereditas applicatur fiſco. Bart.plene in.l.fi.ff. ſi q̄s ali. teſt.prohi.⁊ Bal.in.l.j.C.eo.et hodie vſure non debētur fiſco.qr ſunt prohibite:vt no.in aut.ad hec.C.de vſur.⁊ ſm Bal. in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.⁊ fi. cat.

ccx.

¶ Qui ſuffragio habent dignitatē non gaudent immunitate.gloſ.in.l.eos.C.de excu.mu.lib.x. ⁊ fiſcus cui applicatur hereditas nō tenetur vlciſci necem defuncti.gloſ.in.l.recuſare.§. ſi fiſco.ff. ad treb. et quando hereditas transfertur ad fiſcū tenetur fiſcus ad legata.⁊ fideicō.l. marcellus.§.fi.ff.ad treb.l.iij.C.ad.l.falci.

ccxj.

¶ Cubicularij principis qui cuſtodiunt lectum principis habēt immunitatem. vide text.in.l.maximaruz.C.de excu.mu. libro.x.

ccxij.

¶ Ubicunq̄ inſtituitur incapax ſine culpa eius hereditas non applicatur fiſco ſed venientibus ab inteſtato:puta ſi palam pater inſtituit ſpurium.Barto.in.l. hereditas.C.de his quibus vt indig.⁊ in l.fi.C.eo.titu.et fauore fiſci quis compellitur cōtrahere.l. cottē.§.fi.ff. de publica.

ccxiij.

¶ Si frater minor tranſeat ad epiſcopatum vel aliam regulam que poteſt in cōmuni habere non recuperat bona alij q̄ſita q̄ fiſco.ſm Barto.in vlti.libro minoricarum.facit qđ no.in.l.gallus.§. ⁊ qđ ſi tantum.ff.de libe.⁊ poſthu.

ccxiiij.

¶ Maior theſaurarius principis qui in hac ciuitate Senenſi in qua deo dāte pſiciam hoc opus inceptum Papie a.iiij. annis appellatur camerlingus gabelle in cuius burſam regulariter veniunt omnes introitꝰ principis habet officiū primipilatus.ſm Ange.in.l.j.C. de priuile. fiſci.ex quo ſequitur q̄ filij eiꝰ ſunt obligati fiſco:licet non ſint heredes patris.l. fin.C.de primipilo.lib.xij. et bona vxoris data in dotē marito primipilo ſunt obligata fiſco.l.ſatis.C.in quibus cau.pignꝰ tacite contrahatur. nō autē ꝓpria bona vxoris.tex.et gloſ.in.l.j.C.de priuile.fiſ.et

impeditur confirman.donatio facta vxo=
ri a; pzimipilo.l. ſi nō verum.C. de dona.
inter virū ⁊ vxo.

ccxv.

¶Heres tenetur liberare predium quod
debet tributū fiſco.glo.in.l.iij.C. de lega.
⁊ ſpecialiter in fiſco quando vendit here=
ditatē vt nō teneat creditozi niſi in ſubſi
diū.tex.⁊ gl.in.l.j.C.de here. vel actio.vē.

ccxvj.

¶Cedens bonis licet excuſetur ab oneri
bus realibus non tñ a perſonalibus pu=
ta a cuſtodia ciuitatis quā perſonaliter
poteſt.gloſ.in.l.j.C. de ſenten. que pzo eo
quod intereſt.

ccxvij.

¶Fiſcus non poteſt in ius vocari niſi ve
nia impetretur.gloſ.et Bal.C.de quadri.
pzeſcrip.in.l.bene a zenone.

ccxviij.

¶Ciuitas habens iura imperij vel con=
ceſſa vel pzeſcripta poteſt alienare rē ſub=
diti irreuocabiliter. Bal. in pzoemio de=
creta.vide Bar.in.l.ſi procuratoz.ff.de iu
re fiſci.no.quia facit ad.l. bene a zenone.
C.de quadri.pzeſcrip.

ccxix.

¶Fiſcus non poteſt in integ.reſtit. pzo=
pterea cū rex Francie nomine fiſci pete=
ret in integ.reſti.dictū fuit nō poſſe. Cy.
in.l.reſpublica.C.ex quib⁹ cauſ.ma.vide
ibi doc.qui tenent cōtrariū ⁊ qualiter di=
uidātur onera. vide plene per Alberi. in
rubzica.ff.de mune.⁊ hono. ⁊ per Barto.
⁊ Ang.in.l.j.C.de rela.⁊ in quo loco.

ccxx.

¶In legato annuo debet ſolui gabella il
lius anni gabellatozib⁹ illius anni quo=
rum eſt gabella.glo.in.l. in animalibus.
C.de lega.quam vide.

ccxxj.

¶Ius deliberādi tranſmittitur in fiſcū.
Bal.in.l.ſi quis mihi bona.§. ſi quis pla
ne.ff.de acquirē.here.quod no.bene pzo=
pter bannitos in ere ⁊ in perſona.

ccxxij.

¶Princeps in cauſa fiſcali eſt iudex cō=
petens inter duos priuatos ſicut pzeſes
pzouincie: tamen quando queſtio inter
pziuatos dependet a queſtione feudali
pzocuratoz fiſci erit competens iudex.l.
cum vendente.C.vbi cauſe fiſca.⁊ Barto.
in.l.cum eozū.C.de ſenten.et interlo.om.
iudi. ⁊ inter fiſcū et pziuatū ſiue actoz ſit
fiſcus ſiue reus ſemper pzocuratoz fiſci
eſt iudex.eo.ti.C.vbi cauſe fiſcalis.

ccxxiij.

¶Fiſcus cedēs iure ſuo intelligitur etiā
cedere pziuilegiuz fozi pzopzia cauſa erit
agitāda corā pcuratoze ceſaris. Bal.i.d.
l.cū eozū. et exceptio excuſſionis hʒ locū
contra fiſcum.l. moſchis.ff.de iure fiſci.

ccxxiiij.

¶Qui pcipit fructus tenetur ad onera
⁊ tributa.Bal.in.l.pzedia.C. de fideicom
miſſa.

ccxxv.

¶Neqꝫ p̄ debito publico poteſt mulier
detineri.Bar.in.l.ij.C.de exactio.tribu. ⁊
de iuribus fiſca. vide pulchze Bal. in.l.j.
C.de heredi.vel actio.ven.

ccxxvj.

¶Si fiſcus non velit bona depoztati vi=
uo etiam depoztato ſuccedentes ab inte
ſtato habebunt. gloſ.in.l.ea ſola.ff.de re=
gu.iur.⁊ in.l. eam quam.C. de fideicom=
miſ.vide nota.per Bart.in.l.certa fozma.
ff. de iure fiſci.et iſte eſt caſus in quo de=
poztatus habet heredē alioquin decedē=
te depoztato in depoztatione non poteſt
in illis habere heredem imo deueniūt in
fiſcum ſi velit. et ita intelligunt.l.ij.C.de
bono.pzeſcrip.

ccxxvij.

¶Per confiſcationem bonozū licet pzo=
pzie fiſcus non ſit heres tamen quaſi ex=
traneus heres iudicādus eſt.hoc pzoba=
tur in.l.non intelligitur.§.cū ex cauſa.in
gloſ.in verbo pertineat.de iure fiſci.iun=
cta gloſ.in.l.j.C.de bonis libe.⁊ Bart.in
l.eū qui.ff.de inter.et relega. ergo in fiſcū
tranſeunt iura actiua ⁊ paſſiua.Bal.in.l.
tam mandantis.C.de non nume.pecu.et
per Bal.in rubzica.C.de penis.

ccxxviij.

¶Bannitus cuius bona ſunt confiſca=
ta non tenetur ad onera ⁊ collectas cum
nō recipiat fructus.l.hactenus.ff.de vſu=
fruc.⁊ per Bal.in.c.j. per quos fiat inue=
ſtitu.nec poteſt ſubire onus cui eſt anne
xa dignitas.imo punitur conferens bā=
nitis.l. qui cum vno.§. inſulam.ff. de re
milita.Bald.in.l. caſſius.ff. de ſenato. et
nota.in.l.j.C. de reis poſtulā. niſi hoc ſit

odioſum bannito et vtile reipublice ſm Bal. in. l. ſi quis ſolidū. ff. de heredi. inſtituen. ſed ſi contra rebannitum bene admittitur. l. qui origine. §. ſi in metallum. cum nota. per Bart. ff. de mune. et hono.

ccxxix.

¶ Statutū diſponens ꝙ de cōtractu ſoluatur gabella publicano nō intelligitur de contractu reciſo. Cy. in. l. fin. §. ſed noſtra. C. cōia delega. ⁊ ibi Bal.

ccxxx.

¶ Neceſſe eſt prius excuti fiſcū qui ſucceſſit loco debitoris priuſq̄ cōueniatur fideiuſſor hodie. licet olim ſecus. text. eſt in. l. non recte. coniuncta auẗ. ſua. C. de fideiuſſo. et eodē modo prius fiſcus q̄ extraneus poſſeſſor. ⁊ hanc ſimilitudinem facit. gloſ. in auẗ. hoc ſi debitor. C. de pig.

ccxxxj.

¶ Satur dicto cum iuramēto portantis q̄ui dicit portare pro vſu ſuo. vt non ſoluat vectigal. gloſ. in cle. fin. de cenſibus. Bald. in auẗ. habita. C. ne filius pro pa. not. contra dacianos ⁊ publicanos.

ccxxxij.

¶ Ciuitates vel principes qui non recognoſcunt ſuperiorē de facto habent regalia ⁊ dicuntur procuratores in rem ſuā. ſm Bart. in. l. cūctos populos. C. de ſum. trini. ⁊ fide catho. et vide Bal. in. l. ij. C. de here. vel act. ven.

ccxxxiij.

¶ Titius habens bona in dominio Venetorū ⁊ illu. d. ducis Sabaudie fuit condēnatus in confiſcatione omniū bonorū certe non habet locū ius accreſcendi fiſco illuſtriſſimi dn̄i Ducis: licet fiſcus Venetorū repudiet hanc confiſcationē bonorū q̄r fiſcus non eſt proprie heres. ſm Bald. in. l. j. C. quando non pet. partes. ⁊ facientes ſimulatas factiones cōtra fiſcū puniūtur. gloſ. ⁊ tex. in. l. j. C. vt nemo ad ſuum patro. q̄d no. contra magnates.

ccxxxiiij.

¶ Prelatus poteſt imponere penam pro delicto ſi faciat cauſa correctionis: puta quare timeatur magis pena pecuniaria q̄ ſpiritualis. c. delicto. de offic. ordi. ſed ſi faciet cauſa auaritie non licet. c. licet. de penis. ⁊ ibi plene per docto.

ccxxxv.

¶ De proprio patrimonio clericus non tenetur ſoluere gabellas laicis. not. in. c. fi. de vi. et hone. clerico. amplius ſi bona eccleſie deferuntur ad certum locū cauſa negotiationis nō tenetur ſoluere gabellam. ſm Federi. conſi. cc. q̄d no. ad limitationem. c. quāquā. de cēſibus. ⁊ no. Abb. ſiccu. in. c. fi. de vi. ⁊ hone. cle.

ccxxxvj.

¶ Nota qualiter imponatur collecta q̄r debemus inſpicere cauſā: ſi imponitur pro cauſa que inſpiciat onus cōmunitatis pro viribus patrimonij: tunc imponitur per ſolidū ⁊ libram: non per capita: ſi autē inſpiciat cauſam perſonalē tūc imponitur per capita. ſm Barto. in. l. iij. §. actor. ff. de re iudi. et Bal. i auẗ. defuncto. C. ad tertul. ⁊ Bald. in. l. etiam. C. de execu. rei iudica.

ccxxxvij.

¶ Speciale eſt in fiſco vt reus teneat edere inſtrumentū ad fundandā intentionē ſuā. ſ. ipſius agentis. l. iij. §. de eden. ⁊ no. in. l. j. C. eo. titu.

ccxxxviij.

¶ Quicquid eſt fiſci eſt ceſſans: ſed non cōuertitur. vnde regnum Boemie quod eſt ceſareum. non eſt fiſci. ſm Ange. in. l. bene a zenone. C. de qua. preſcr. ⁊ dicit ibi Ange. ꝙ non valet inſtrumentum ceſaris ſine ſignis que conſueuerunt apponere imperatores: videlicet literas groſſas cum lineis.

ccxxxix.

¶ Regulariter ab inteſtato poſt vxorem admittitur fiſcus in quacūq̄ ciuitate q̄s decedat nō relictis agnatis neq̄ cognatis vſq̄ ad decimū gradū neq̄ aſcendentiū neq̄ deſcendentiū. l. j. C. de bo. vacan. no. in. l. j. C. vnde vir ⁊ vxor. fallit in nauicularijs. ſecūdo in criminalibus. tertio in cohartalibus. quarto in fabricenſibus. i. facientibus arma. l. j. ⁊ per totū illū titu. in quo reperiuntur fall. C. de heredi. decurio. nā: collegiū ſuccedit collegiato excluſo fiſco. Ange. in. l. nutritoribus. cum ſua auẗ. C. com. de ſucceſſ. vide Dy. in tractatu ſuo de ſucceſ. ab inteſta.

ccxl.

¶ Si imponitur collecta forēſi et poſtea efficiatur ciuis nō tenetur ſoluere. Bal. in. l. pe. C. de fideicom.

ccxlj.

¶ Priores ciuitatis vel preſes nõ poſſunt remittere penas que applicãtur fiſco vel priuato imo.requiritur conſenſus princi pis vel conſilij generalis ciuitatis.Bald. in.l.preſes.C.de tranſac.vide Barto.in.l. ambitioſa.de decretis ab ordine facien.

ccxlij.

¶ In penis fiſcus habet cauſam lucratiuam non oneroſam .l.apud celſum .§.de autore.ff.de excep.doli. nota propter ſcripta in.l.meuius.§.duorum.ff.de leg.ij.et colligere pedagium non eſt ſeruitus..vide Bal.in.l.ſi preſes.C.de conditio.inſer.

ccxliij.

¶ Poſt quadriennium non admittitur fiſcus bonis vacantibus.l.j.C.de quadri. preſcrip.

ccxliiij.

¶ Alienatio que fit a delinquente in coniunctum cui poteſt imperare preſumitur in fraudem fiſci. Bald.in.l.ſi quis poſthac.C.de bo.damna.⁊ ibi.Bal.ponit multa pulchra.

ccxlv.

¶ Siquis poſſederit biẽnio predia tributaria videtur cenſualia vacantia biennio acquirit dominiũ.l.qui agros.C.de omni agro deſerto.Barto.in.l.rẽ que. nobis.ff. de acqui. poſſeſ.et Ange.in aut.niſi.C.de bonis vacan.

ccxlvj.

¶ Caſus ſpecialis eſt in fiſco vt debitor exigatur ante diem.l.j.C.de cõdi.ex lege. ſecũdum Cy.in.l.j.§.exactio.C.de rei vxo. actio.

ccxlvij.

¶ Incorporatio in fiſcũ eſt quedam executio facti quando fit deſcriptio ad incorporañ.puta ponẽdo ſigna principis. ſm Barto.in.l.j.ff.de ventre in poſ.mitten.et accuſans quem non ſoluiſſe fiſco tenetur probare. Bald.in repetitione.l.cum mulier.ff. ſoluto matrimonio.

ccxlviij.

¶ In cauſa fiſci etiam ciuiliter agitur et proceditur per inquiſitionem. Bald.in.l. j.C.de here. vel actio.ven. vbi pulchre loquitur et per Ange.in repetitione.l.ſi vacantia.C.de bonis vacan.

ccxlix.

¶ Quando collegium deſtruitur et reprobatur a principe bona eius tanquam vacantia pertinẽt ad fiſcum.ſecus ſi omnes de collegio moriantur quia debet renouari collegium ſm Angel .in.l. ſicut. .§.j.ff.qđ cuiuſq; vniuer.nomi.vide Bar. in.l.fi.C.de colleg.illicitis.

ccl.

¶ Tacita hypotheca tẽpore anterior prefertur expreſſe poſteriori in fiſco.l.j.C.rẽ alie.ger. Dy.in.c.qui prior.de reg.iur.in vj.Cy.in.l.ſi fundum.C.qui po.in pigno. habe.licet gl.dubitauerit in.l.ſi pignus. C.qui po.in pig.habeã.⁊ vide conſilium Rapha.fulgo.ita conſulentis.

cclj.

¶ Quando tacita fides accommodatur teſtatori vt reſtituatur hereditas incapaci:puta.ſpurio fiſcus aufert hereditatem vt ab indigno.fallit in filio et ſeruo et in eo qui ſe defert. tex.⁊ gloſſ.et Bal.in.l.iij. C.ad.l.falci.

cclij.

¶ Ubi accuſatur quis propter bona publicanda interim pendente lite debet ali de bonis.l.ait pretor §.ſi fundus.ff.de iure deliberan.ſm Alberi.in.l.fina.de ordi. cognitio.vide vnum bonum verbũ Bar. in fiſco in.l.ꝑtor in principio.ff. de ſepul. violato.

ccliij.

¶ Quando hereditas applicatur fiſco an valeant legata ſi hereditas non adeatur ab indigno.gloſſ.Bald.ꝙ ſic in.l.eã quã. C.de fideicommiſ.licet Barto.ibi contrarium teneat.⁊ Angel.in.l.recuſare.§.ſi fiſco.ff.ad trebel.vide Bart.in.l.fina.de his quibus vt indignis.

ccliiij.

¶ Antentica bona dãnatorum.C.de bo. damna.non habet locum quando ſolum perditur ſtatus vel ſolum perduntur bona ſecundum Bald.in.d.aut.⁊ vide Bar. in.l.j.ff. eo. tit.et titulus de requirendis reis non eſt correctus quando per contumaciam fit annotatio bonorum ſecũdũ Jaco.butri.Bald.in dicta antentica:licet Angelus ibi cõtrarium teneat et equius forte.

cclv.

¶ Speciale eſt in fiſco vt re ipſa contrahatur mora. gloſ.no.in.l.cum quidam.§. fiſcus.ff.de vſur.in verb.inferunt.

cclvj.

¶ Pene datiorũ applicantur publicano. Bald.in.c.j.§.fina.de feu.cogna.

cclvij.

¶ Contra hereticum defunctum poteſt procedi et bona applicantur fiſco.c.accu ſat.§.in eo.de hereti.

cclviij.

¶ Is cui bonis eſt interdictum a lege vt propter crimen leſe maieſtatis heres inſtitutus non poteſt adire hereditatẽ ſed fiſcus.gloſſ.in.l.mutuum.§.fina.ff.de acqui.heredi.

cclix.

¶ In fiſco res ſuccedit loco pretij:in ſubſidium ſunt eccleſia ꝛ minor.Bald.in.l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cer.pe.et vide notata in.l.ſi vt proponis.C.de rei vendi.

cclx.

¶ Speciale eſt in fiſco vt res inter alios acta proſit.gloſſ.in.c.penul.de re iudica.

cclxj.

¶ Procurator vel aduocatus fiſcalis poteſt procur.ſeu poſtulare contra fiſcum pro patre filijs et pupillis: quorum ſunt tutores.l.penul.ff.de poſtul.

cclxij.

¶ Uitium litigioſi non impedit confiſcationem.text.ꝛ ibi Ange.in.l.ſi conſtante.§.fi.ff.ſolu.matri.

cclxiij.

¶ In confiſcatione bonorum non veniũt bona prohibita alienari vt emphyteoſis vel feudum ẜm Bart.in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infec.vide Bald.in.l.j.C.de bo.lib.

cclxiiij.

¶ Licet emptor qui emit a fiſco preciſe teneatur ſtare colono.l.fin.ff.de iure fiſci.et expellẽs perdat ius ſuum.l.cognouimus.C.de colo.ꝛ mancip.lib.xj.tamen ipſe fiſcus emens non tenetur ſtare colono.l.diuortio.in prin.vbi Bald.ff.ſo.matrimo.ꝛ fiſcus habet priuilegium adiectionis in diem.ẜm Bar.in.d.l.fi.

cclxv.

¶ Poſſeſſio et proprietas impedit incorporationem non autem obligationẽ.ẜm docto.maxi.Bal.in.l.ſi marito.in prin.ff.ſolu.matri.et ibi vide quando bona proueniunt ad fiſcum an teneatur fiſcus:quia aut ſub nomine quote ꝛc.l.princeps.ff.de verbo.ſignifica.

cclxvj.

¶ In rebus commiſſis in fiſcum vel vacantibus licet transferatur dominium in fiſcum: non tamen transfertur poſſeſſio niſi apprehendatur. gloſſ.in.l.cum duobus.§.idem reſpondet.ff.pro ſocio.ꝛ Gui.in aut.ſeruis.C.de epiſ.ꝛ cleri.

cclxvij.

¶ Iura que non tranſeunt niſi ad filios non confiſcantur.l.inſulam.in prin.vbi Bal.ff.ſolu.matri.

cclxviij.

¶ Saluus conductus conceſſus a principe ꝙ a creditore nõ poſſit quis moleſtari non extenditur ad creditorẽ ratione delicti.ꝛ ſecuritas alicui data non ſe extendit ad debitum camere fiſca..vide contra in ti.de priuilegio ꝛ reſcripto.in ¶cõclu.xiiij.

FINIS.

¶ Dominus Martinus laudenſis venit Papiã ad legendum anno.Mccccxxxviij.in mẽſe Julij ꝛ legebant ſecũdã partẽ.ff.veteris.et incepit legere.§.ſi duobus vehiculum. in.l.ſi vt certo.ff.commo.receſſitqꝫ ex illo ſtudio.ꝛ iuit Senas legẽdum de menſe Octobris.Mccccxlv.incipitqꝫ ibi legere ſecundam partem codicis.

¶ Explicit tractatus de fiſco.

¶ Sequitur tractatus de cardinalibus.

¶Tractatus de cardinalibus.

IN primis ꝙren
dum putaui vtrum
cetus cardinalium
ſine papa poſſint
creare cardinalem?
Hugo in.c.nullus.
lxxix.diſt.quē refert
⁊ ſequit̄ Hoſti.in.c.
licet.de elect.in ver.
ſed nunqd cardinales.ait ꝙ ſic:q: ſi poſ=
ſunt creare papam/ergo et cardinalē.qđ
eſt minus.Sed cōtrarium cōmuniter te=
netur ꝙ ſolus papa et nemo inferioꝛ eo
creat cardinalē.ſm glo.q̄ incipit repꝛoba
tur.in clemen.ne romani.ꝑ tex.quaſi ex=
pꝛeſſum in ver.irritum.de elect.Idē dicit
Guil.durā̄.⁊ refert Archi.in dicto.c.nul=
lus.nec obſtat argu.Hoſtiē.q: rñ.nō eſſe
neceſſariā cōſequētiam.nam capitulum
creat epiſcopū/nō tamen poteſt creare re=
ctoꝛē/nec ſoliꝰ epi collationē ſpectātia.c.j.
ne ſede vacan.lib.vj.vel aliter reſpondeo
ſm Cardi.floꝛen.in dicta clemē.ne roma
ni.ver.quarto opponitur ad idez qđ qui
pōt plus ⁊c.hoc eſt verū in eodem genere
potētie ⁊ quādo minus cōtinetur ſub plu
ri:alias nō:de quo in regula plus.de reg.
iur.lib.vj.ſed caſu noſtro poteſtas crean=
di papam ⁊ poteſtas creandi cardinalem
non eſt eiuſdem generis nec vnū cōtinet̄
ſub alio ergo ⁊c. Queritur vtrū certꝰ ⁊ ta
xatus numerus ſit dominoꝛum Cardi=
naliū de iure?quidā dicūt ꝙ debent eſſe
lxx.quemadmodum fuerunt diſcipuli do
mini noſtri ieſu chꝛiſti etiaz cum tot ſint
lingue.tu dic ꝙ a iure non reperitur ta=
xatus numerus certus ideo relinquitur
arbitrio domini noſtri pape.arg.c.de cau
ſis.de offi.deleg.et.l.j.in fi.ff.de iure deli=
be.aliquādo namqꝫ fuerunt domini Car
dinales ducenti.xxxvj.tempoꝛe Potētia
ni pape qui nō ponitur in catha.ſancto=
rum.vt habetur in croni.⁊ notant docto.
in clemen.ne romani.ſ.alleg.et.in.c.vbi
periculum.de elect.libꝛ.vj.Domini car=
dinales debent eſſe plures vt pꝛobat tex.
in clemen.ne romani alleg.in verſi.poꝛ=
ro.ibi cardinales omnes ſimul ſm Mat=
theum/quem refert et ſequitur dominus
Floꝛentinus ibi.dicit tamen notabiliter
Albe.de roſate.in rubꝛica.ff.de ſtatu ho=
mi.quod decens eſſet quod eſſent.lxx.do
mini Cardinales vt indicet omnes na=
tiones ⁊ indigenas:licet de facto nō ob=
ſeruetur:q: numerus dominoꝛum Car=
dinaliū eſt in arbitrio domini noſtri pa=
pe.An inter papam dominum noſtrum
⁊ cetum cardinalium ſit aliqua cōmunio
⁊ coniunctio? reſpondeo maximā quidē
inter eos eſſe cōmunionem ⁊ coniūctio=
nis vinculum.ſm docto.maxime Hoſti.
⁊ Joan.andre.in.c.requiſiſti.de teſtamē.
vbi Hoſtien.in vltima colūna dicit ſicut
inter epiſcopum:⁊ ſuam eccleſiam cathe
dralē maioꝛ eſt cōmunio q̄ꝫ inter epiſco=
pum:⁊ alias eccleſias inferioꝛes.text.eſt
in.d.c.requiſiſti.ver.nam in hoc caſu:ita
ſine comparatione aliqua maioꝛ eſt com
munio imo quaſi identitatis vnio inter
papam ⁊ eccleſie romane dominus Car=
dinales.c.antiqua.⁊ ibi no.per Hoſtien.
de pꝛiuileg.ex quo dicto Hoſtien.⁊ Joan.
and.ſuperioꝛibus diebus in diſcurſu ma
terie dicti.c.requiſiſti inferebam multū
pulchꝛe quod de relictis dominoꝛum vel
donatis cetui cardinalium dominus no
ſter papa debet habere partem ſuā ſcili=
cet dimidiam ſicut econtra de relictis vel
donatis domino noſtro pape collegium
dominoꝛū cardinaliū debet habere par=
tem ſuā:niſi ratione amicitie vel ſangui=
nis vel ſimili cauſa inſpiciente dūtaxat
pontificis perſonam eſſet donatū vt pul=
chꝛe ſcripſi in dicto.c.requiſiſti. Querit̄
an domini cardinales teneantur pꝛeſta=
re ⁊ iurare fidelitatem ⁊ obedientiam do
mino noſtro pape? videbatur quod ſic q:
patriarche:⁊ alij q̄ nullo medio ſubſunt
domino noſtro pape iurāt:⁊ pꝛeſtāt fide=
litatem.c.ego.de iureiurā.⁊.c.antiqua.de
pꝛiuileg. In contrarium determināt do=
cto.maxime Hoſtiē.Joā.and.⁊ Anto.de
but.in.dicto.c.antiqua:quia ſpeciale eſt
in cardinalibꝰ qui licet immediate ſub=
ſint Pape:tamen in ſignū ſingularis cō=
fidentie quam habet papa de dominis
cardinalibus ei nullum pꝛeſtant iuramē
tum nec obedientiam iurant:⁊ pꝛedicta
vera in cardinalibus pꝛeſbyteris ⁊ diaco
nis:ſed cardinales epi iurant tanq̄ꝫ epi=
ſcopi ſicut ceteri epiſcopi non tanquam

ſcardinales ſm Hoſtiẽ.⁊ Joan.and.in.d.
c.antiqua.Queritur vtrum papa ⁊ cetus
cardinalium ſint vnũ corpus?reſponde-
tur quod ſic:q2 licet papa ſit caput eccle-
ſie generalis vniuerſalis/⁊ fideles et ſin-
guli ſint membra generalia:vnde papa
eſt ſpeciale caput dominoꝝ cardinaliũ/⁊
ipſi ſunt membra eius ſpecialia reſpectu
aliorum.et iſta eſt ratio ſpecialiter q̃ſtio-
nis immediate ꝓcedentis/cur papa non
debet fidelitatem nec obedientiã exigere
a dñis cardinalibꝰ ſicut nec a ſeipſo.opor
tet enim qꝺ inter dantem⁊ recipiẽtem ſit
diſtinctio .c.fi.cũ cõcordan. de inſtit.ſm
doc.maxime Hoſti.in.d.c.antiqua.quod
eſt notãdum.Queritur ſi dominus cardi
nalis indigeat/an dominꝰ noſter papa
teneatur eidem ſubuenire ⁊ ꝓuidere ſm
dignitatem ⁊ qualitatẽ ſuam?responde-
tur ꝙ ſic:quia dominus noſter papa de-
bet diligere cardinalẽ:vt ſeipſm ⁊ ei in oi-
bus ſuis neceſſitatibus arbitrio boni vi-
ri ꝓuidere ſm doct. maxime Hoſti.in.d.
c.antiqua.nam hoc modo dñs noſter pa-
pa ⁊ domini cardinales tangentur hinc-
inde precordialiter et erit veriſſima dile-
ctio inter dominum noſtrũ papã ⁊ domi
nos noſtros cardinales.qꝺ eſt an cardina
latus ſit de iure diuino?reſpõdeo qꝺ ſaltẽ
eſt figuratiue de iure diuino.per tex.in.c.
per venerabilem.ver.rationibus. qui filij
ſint legit.⁊ notat Abbas ſicut in.c.ex ge-
ſtis.de cle.non reſi.Quero cur cardinales
appellentur hoc nomine cardinales?re-
ſpõ.duplici ſimilitudine ſicut eccleſia vni
uerſalis habet dominũ noſtrum papam
qui eſt oſtiũ dei vel eccleſie/ſic cardinales
ſunt cardo ſup quẽ fundatũ eſt tale oſtiũ.
Scđa ſilitudo dicunt̃ cardinales:q2 ſicut
oſtiũ preeſt ⁊ cardo ſubeſt ita papa preeſt
⁊ cardinales ſubſunt.ſm Arch.xx.diſt.c.
ſacroſctã.Querit̃ vtrũ papa ſe cõnumeret
inter cardinales?rñdeo qꝺ ſic.q2 impator
eſt de numero ſenatoꝝ ſuorũ.l.ius ſenato
rum.C.de dig.lib.xij.Ita dñs noſter papa
eſt de numero cardinalium ſuorum ſm
Archi.in.d.c. ſacroſancta. Quale ſit offi-
cium principale dominorũ cardinalium?
eſt gubernare totũ mundũ ⁊ ad ipſos ſpe
ctat ſuſtentare totum pondus mobilis
mundi gubernationẽ et votũ ipſius fixũ
ꝓſtare.ſm etiã Jo.de lign.in tractatu de
bello.debet ille cetus dominoꝝ cardina-
liũ reipublice maxime eccleſiaſtice cõſu-
lere/ac vt ſenatus aſſiſtit principi:ſic car
dinales dño.nr̃o pape aſſiſtere debẽt.c.j.
⁊.ij.de offi.lega.lib.vj.Spec.in ti. de leg.
⁊ ſequitur circa princi.Nam ⁊ cõſilijs et
arduis negotijs dñi pape aſſiſtũt.c.expo-
ſuit.in fi.de dila.l.j.circa princi.C.de cad.
tol.qꝺ eſt an dñi cardinales dicãtur ſacer
dotes leuitici generis?reſpõdeo qꝺ ſic.q2
dño noſtro pape in executionẽ ſacerdota
lis officij coadiutores exiſtũt.tex.⁊ ibi do
cto.⁊.c.per venerabilẽ.verſi.rationibus.q
filij ſint legitimi.Utrum eccleſia romana
habeat ſenatũ quemadmodum tempore
florenti romanorum imperiũ romanum
habebat ſenatum cuius cõſilio reſpubli-
ca regebatur?reſpõdeo qꝺ ſic ⁊ eſt venera
bilis cetus dominorũ cardinaliũ qui di-
citur ſenatus romane eccleſie.xvj.q.j.c.ec
cleſia habet:⁊ ibi Archi.⁊ doctores in. c.
fundamẽta.de elec.lib.vj.An alius non
cardinalis miſſus a domino noſtro pa-
pa ad prouinciã dicatur legatus de late-
re?reſpõdeo quod nõ ſm cõſuetudinem
curie romane:nam ait Specu.in titu. de
leg.§.ſequitur videre.circa prin.ꝙ roma
ne eccleſie vſus ſolos dños cardinales le-
gatos de latere vocat.de offi.lega.ca. volẽ
tes.⁊ de ſnia excommu.ca.ad audiẽtiam.
An poſſit eſſe cardinalis qui cõſtitutꝰ eſt
in minoribus?reſpõdeo nemo poteſt eſ-
ſe cardinalis niſi diaconus.glo.in clemẽ.
ij.de eta.⁊ quali.⁊ Hoſti.c.ij.de offi.archi.
an eps vel archieps poſſit fieri preſbyter
Cardinalis?reſpõdeo fieri poſſe ſm do-
minũ cardinalẽ florẽti.⁊ in. l. ij.§.illi.de
eta.⁊ qualita.in.xj.qꝺ.vbi cõcludit quod
promoti ad maiores dignitates eccleſia-
ſticas nõ deſinũt habere inferiores. Que
rit̃ an regẽtes principaliter aliquã eccle-
ſiam puta vicarij:canonici ⁊ ſilẽs dicãtur
cardinales?rñdeo ꝙ ſic.tex.eſt.in. c. ij. de
offi.archi.⁊ ibi p doc.⁊ ideo dicimꝰ cardi-
nales ſacroſancte eccleſie romane ad dif-
ferẽtiam iſtorum cardinalium inferio-
rum:caueãt tamẽ iſti cardinales inferio-
res vt vicarij ⁊ canonici ne in poteſtate ⁊
honore/dños ſummos/dños cardinales
ſacroſancte eccl'ie romane more ſciſmati-
co mittẽtur.ſm Hoſt.in.d.c.ij.an cardina
latus ſit ordo ſacer vel officiũ?reſpondeo

quod eſt officiũ ſm Bal.in.c.bone.el.j.de
poſtu.Tamẽ requirit̃ qð ſit in ſacro ordi
ne:vt ſcripſi in qõ.ix.Quo tẽpore fuerint
dñi cardinales?reſpondet Arch.in.c.vbi
periculum.de elec.lib.vj.in verſi.cardina
les.ꝙ tempore domini Potẽtiani pape q̃
nõ ponitur in cathalogo ſctõꝝ.vt in cro=
nica.ſʒ Oldr.de laude a quo mihi Marti
no de gar.origo eſt ait ſuo cõſilio.ccxliiij.
ſm quotam meam.qð quando dominus
Cõſtantinus fecit donationẽ pape Sil=
ueſtro nõ creauit cardinales/licet poſtea
dum dominus papa Silueſter fecit ſino
dum generalẽ:aliqui erant cardinales.ij.
q.iiij.p̃ſul.An dominus carnalis etiã nõ
epiſcopus poſſit portare inſignia epiſco
palia?reſpondetur ꝙ ſic ſm Hoſtiẽ.⁊ Jo.
an.in ca.j.de ſupplen.negli.prela.vtrum
dominus cardinalis non epiſcopus poſ=
ſit conferre minores ordines?poteſt ſm
Hoſtiẽ.⁊ Joã.and.in dicto.c.j.de ſupplẽ.
negli.prela.Utrum dominus cardinalis
non epiſcopus benedictionem ſolẽnem
facere poſſet?reſpondetur poſſe:nã pre=
ſbyteri ⁊ domini cardinales/et ſi nullam
ſacerdotalem ordinationem receperũt/
tamen ſolẽniter benedicunt.ſm doct.in
dicto.c.licet.de elect.⁊.xxiij.di.c.i nomine
domini.Utrum in alienatione rerũ pre=
tioſarum eccleſie papa debeat habere cõ=
ſenſum dominorum cardinaliũ?reſpon=
detur qð ſic.ſm Bald.in.l.cum multa.C.
de boniſque liberis.qui dicit quod quã=
do papa vult alienare pretioſiora eccleſie
puta dando magnam ciuitatem in feu=
dum debet iteruenire cõſenſus domino=
rum cardinalium/etiam ſi dat caſtrum
paruũ etiã in feu.alle.Arch.xij.q.ij.c.abba
tibus.et ca.cum emptor.An domini car=
dinales poſſint p̃ſcribere ſupremam po=
teſtatem pape?reſpondeo ꝙ nõ.ſm Inn.
in ca.bone.el ſecundo.de poſtu.prela.et
dominum Abba.ſiccu.in ca.ex geſtis.de
cleri.non reſi.an appellatione curialium
vrbis Romane comprehendantur domi
ni cardinales?reſpondeo ꝙ ſic:in fauora
bilibus non in odioſis.ſm Alberi.in ru=
brica.C.ſi a non compe.indi.quod facit
ad queſtionem dux magnus legauit cen
tum mille aureos curialibus vrbis Ro=
mane/certe cardinales habebũt portio=
nem ſuã.Quis eſt ille dñs cardinalis qui
p̃cedit immediate.dic vt ꝑ Hoſtiẽ.et An=
to.de butri.in.c.antiqua.de priuile.quo=
modo appellãtur vicarij dñorum cardina
lium epiſcopoꝝ?reſpondeo.dicũtur iure
dñi ſm Hoſtiẽ.in ca.examinata.de iudi=
cijs.An dñi cardinales debeant habere
partẽ introitus camere apoſtolice?reſpõ=
deo ꝙ ſic.ſʒ ſm Dominicũ de ſancto Ge=
mi.in.c.vbi periculum.§.prouiſionis.de
elec.lib.vj.ſubmitto tamẽ me cõſuetudi=
ni curie vt apoſtolice volũtati.an dñi car
dinales omi anno debeãt cõfiteri pecca=
ta ſua?reſpondeo ꝙ ſic:qr ſi papa qui eſt
auctor ligatur cõſtitutione.c.ois vtriuſqꝫ
ſexus.de peni.⁊ remiſ.ergo multo magis
dñi cardinales ꝑ not.ꝑ docto.maxime ꝑ
Ant.de but.in dicto.c.ois vtriuſqꝫ ſexus.
cui debẽt cõfiteri dñi cardinales?rñdeo:ſi
cardinalis ſit abſens a curia legationis
poteſt eligere ꝯfeſſorẽ:ſed ſi eſt p̃ſens/tũc
eſt diſtinguẽdum inter publicũ pctm̃/vt
illud domino noſtro confiteatur ⁊ occul=
tum/vt illud ſufficiat domini noſtri pa=
pe penitentiario confiteri ſm Hoſtiẽ.in
ſumma.de penitẽ.⁊ remiſſio.§.cui confi=
tendũ.ver.cui cardinales.in fi.Cui confi
teri debent familiares dñoꝝ cardinaliũ?
cõfiteri poſſunt penitẽtiario dñi nr̃i pa=
pe vel alij de licẽtia dñi ſui qui ipoꝝ curã
habet de cõſuetudine curia.ſm Hoſtien.
in ſumma.de peni.§.cui cõfitẽdum.ver.
cui capellani.Quales debeãt eſſe dñi car=
dinales?debẽt eſſe primo vt nubes/pro=
pter deuotionem.ſecundo vt columbe/
ꝓpter ſimplicitatem et puritatẽ quã ha=
bere debent.tertio candidiores niue/quo
ad optimos mores ⁊ vite munditiã.quar
to rubicundiores ebore antiquo/ad cha=
ritatem:⁊ domini noſtri Jeſu chriſti me=
moriam.Caueant igitur dñi cardinales
ne ſint nebule ⁊ nubes ſine aliqua deuo=
tione:non capiant̃ ſuperbia q̃ eſt mater
omnium vitiorum/non vana gloria que
euacuat omnẽ virtutem/non amore pe=
cunie que tanqꝫ venenum eſt fugienda/
non amore parẽtum/ne eos in vita cor=
rodant tanqꝫ muſca moriẽtes/⁊ eos poſt
mortẽ deſpiciant dicẽtes:benefecit mihi:
ſed melius facere potuit:ſed die noctuqꝫ
non ceſſent virtutibus ſtudere.ſm Hoſt.
in ſumma.de peni.§.cui oſtendẽdũ.ver.
cui cardinales.An viuente papa cetus

dominoꝝ cardinaliũ reſtituat fame/vide
batur ꝙ non:quia ſolus ꝑnceps reſtituit
fame.l.j.§.de qua.ff.de poſtu.ſed cõtrariũ
eſt verius:qḋ imo cetus dñoꝝ cardinaliũ
reſtituit fame ſm docto.in.c.cum te.de re
iudi.An vacãte ſede apoſtolica cetꝰ dñoꝝ
cardinaliũ reſtituat fame?Bar.dubitat⁊
petit declarari.Sed dñs cardinalis florẽ.
in clemẽ.ne romani.de elec.ver.irritum.
nihilominus tenet ꝙ poſſit fame reſti=
tuere etiã ſede vacãte.An cetus dñoꝝ car
dinalium vacãte ſede poſſit cogere cardi
nalẽ inuitum vt accipiat legationẽ ꝓ de=
fendenda terra eccleſie romane?Paul.et
dñs cardinalis florẽ.in dicta clemẽ.ne ro
mani.ver.irritum.de elec.q.ij.tenẽt ꝙ nõ.
ſecus ſi ſponte ſuſcipiat legationem.An
cardinales poſſint infeudare caſtra vel
ciuitates eccleſie Romane?rñdeo ꝙ non
ſm Bal.in.c.j.qui feu.da.poſ.vbi agit qḋ
dñi cardinales poſſunt infeudare res ec=
cleſiarũ ſue legationis.nam Bar.in.l.ꝓ=
hibere.§.plene.ff.qḋ vi aut clam.dicit ſe
cõſuluiſſe.quod dñs cardinalis legatꝰ de
latere nõ poteſt cõcedere caſtra pertinen=
tia ad curiã romanam.Quid ſi papa an=
teq̃ eligeret iurauit in manibꝰ dñoꝝ car
dinaliũ renũtiare papatui ad bñplacitũ
ipoꝝ?reſpondeo:nõ valet iuramẽtum:qꝛ
cõtra libertatẽ vicarij dñi noſtri Jeſu xpi.
Quid ſi dñs cardinalis in electione dñi
noſtri pape renũtiat ꝓ illa vice ſue voci in
ꝑſentia dñoꝝ cardinaliũ.An valeat talis
renũtiatio?reſpondeo ꝙ non ſm Hoſtiẽ.
⁊ Jo.an.in.c.niſi cũ pridẽ.de renun.quia
ius eligẽdi papam eſt dei noſtri ius pu=
blicum autoritate ⁊ vtilitate.l.ius publi=
cum.ff.de pac.ex quo verſat favor vniuer
ſalis totius eccleſie q̃ petere poſſet a car=
dinalibus hoc vt debeant.ſ.creare papã.
et eſt his in corporale inherens inſepara
biliter cardinalatui.l.quis ergo caſus.ff.
de peni.in fi.l.j.⁊.iij.ff.ꝓ ſocio.An dñi car
dinales vt ſinguli conuocent concilium?
reſpondit Bal.in.c.olim.ex literis.de re=
ſcriptis.qḋ non ſinguli.ſed vt collegium
cardinalium cõuocant cõcilium.⁊ ibidez
Bal.ait duo tẽpora conſideranda.primũ
quando eccleſia parũ militabat/⁊ in bo=
nis parum habebat:quo tempore multa
priuilegia contulit imperatoribus maxi=
me vt concilia conuocarent/et ſciſmata
curarent q̃ poſtea ſublata ſunt ꝑ eccleſiã.
dccxxix.diſt.Si duo fore.lxiij.diſt.§.verũ.
et cap̃.ego.per Hugo.ſecundũ tẽpus fuit
poſtea quando eccleſia militans incepit
plus poſſe q̃ imperiũ temporale in tem=
poralibus triumphãs:⁊ tunc incepit im=
periũ declinare/diuidi/⁊ ſubtrahi:quod
multi reges ſubtraxerũt obedientiã:neq̃
Rome põt ius dicere qꝛ donata eccleſie a
Cõſtantino.l.diui.C.de natu.libe.nec in
alijs regnis que ſibi non obediunt/vt de
facto videmus.Ex quo ſequit̃ quod im=
perator non debet cõgregare cõciliũ ge=
nerale loquendo ſm nouã eccleſiã ⁊ ſicut
concilium autoritate dñoꝝ cardinalium
debet cõgregari:an cetus dñoꝝ cardina=
lium poſſit facere ſtatutũ vt pape ſi lici=
tum eligere ſucceſſorẽ?reſpondeo nõ.ſm
Paulum ⁊ dñm Cardina.florẽ.in clemẽ.
ne romani.in.v.q.allegata.qm̃ aliud eſt
qḋ papa cum cardinalibus faciat conſti=
tutionẽ ſuper modum electionis:qḋ põt.
xxiiij.diſt.in nomine dñi.⁊.c.licet.de elec.
aliud qḋ creat ſibi ſucceſſorem/quod nõ
licet:ſicut nõ licet ex teſtamẽto ſibi aſcri=
bere dignitatem:et ſic dicatur de ſancto
Petro ꝙ ſibi elegit ſucceſſorẽ:quia reſpõ=
detur illud non trahendũ ad cõſequẽtiã.
ſm Glo.in ca.ſi tranſitus.lxxix.diſt.nam
electio pape non ꝑtinet ad papã/ſed ad
dños cardinales.vt.d.c.licet.⁊ ibi no.⁊.c.
vbi periculum.de elect.lib.vj.Queritur ſi
dñs noſter papa cũ inhabili puta illegiti
mo diſpenſat vt poſſit habere quãtũcũq̃
dignitatem vſq̃ ad cardinalatum.an di=
catur diſpenſatum/vt poſſit habere car=
dinalatum?reſpondet ꝙ nõ.primo:quia
ſumus in materia odioſa.ſ.diſpenſatiua.
c.j.⁊.ij.de fil.preſby.lib.vj.nam datio vſq̃
ſtat excluſiue.ſcḋo qꝛ ad cardinalatũ cõ=
muniter non diſpenſat dñs papa cũ ille=
gitimo/licet poſſit ſm Abba.ſiccu.in ca.
dilectus.de ꝯceſ.ꝑben.Simile dicit Bar.
in.l.eam quã.C.de fidei.vt legitimatꝰ ab
imperatore vel papa ad dignitatem non
intelligit̃ legitimatus quo ad dignitatez
regiam:vt plene ſcripſi in diſputatione
mea legitimatus.An habẽs beneficium
curatum inferius ab epiſcopatu vel ar=
chiepiſcopatu:puta rectoriam cathedra=
lis eccleſie ꝓmotus in dominũ cardinalẽ
retinere poſſit ꝑcedẽs bñficium curatũ?

Reſpondeo ſm cõmunẽ ſententiam doc. maxime Joan.an.Hoſtiẽ.⁊ Anto.de but. in ca.eccleſia veſtra.el ſcdo.de electi.ꝙ ſic ſm cõſuetudinem p̄ſbyteroꝝ ⁊ diaconoꝝ cardinalium qui priora bñficia retinent: licet dñs Nicolaus Abb.ſiccu.ibi teneat cõtrarium ⁊ male.Queſtionis dubie eſt: an epiſcopus vel archiepiſcopus ꝓmotꝰ in dominiũ cardinalem ꝑdat epiſcopatũ vel archiepiſcopatũ:an retineat vtrunq̃ in titulum?do.Joã.de imo.⁊ Nico. ſiccu lus in.d.c.eccleſia veſtra.el ſecũdo.de ele. tenet ꝙ perdat ꝑ.c.cum in cũctis.de elec. ⁊.c.de multa.de p̄ben.⁊ ꝑ extrauagãtem execrabilis.Sed docto.maxime Hoſtien. Joã.an.⁊ Anto.de butrio ſentiũt in.d.c. eccleſia veſtra.ꝙ conſuetudo curie eſt vt dñi cardinales habeant ⁊ retineãt priora beneficia.allegat ſimile in.c.auratꝰ.xciij. diſt.in glo.j.nec ob.dictũ.c.cũ in cunctis. et dictum.c.de multa cum ſimi.que allegat Nico.abb.ſiccu.q: reſpondeo qḋ ſpeciale eſt in dñis cardinalibus vt retineãt priora bñficia/ratio ſpecialitatis eſt propter excellẽtiam dignitatiscardinalatus. argu.xij.q.ij.vulterane.⁊.c.ſtatuimus. de maio.et obedi.et.l.nemo.C.de offi.magi. officio.vbi is gradus ceteros excedit quẽ ſtiſpendiaꝛ meliora:⁊ labor prolixior fecerit antiere.ſicut in inferioribus perſonis ꝓpter qualitatem pſone fit diſpenſatio pluralitatis beneficiorum dicto ca.de multa.in fi.ita ipſo iure intelligiť diſpenſatum in dominis cardinalibꝰ ꝓpter excellentiam eorum/nec eſt de mente.d.ca. de multa.cum ſimi.iuribus:vt ſub eorũ prohibitione ſeu dignitatis appellatiue cõtinuatur tanta dignitas cardinalatꝰ: et ita conſuluerunt plures p̄ſtantiſſimi docto.vt refert ipẽmet Nico.in ca. bone. el primo.de poſtu.p̄la.Nec obſt.d.c.cum in cũctis:quia loquitur in epiſcopo ſimplici nõ aut in cardinali qui erat epiſcopus.et facit quod no.dominus cardinalis floren.in clemen.ij.§.illi vero.de etate et qualitate.q.xj.et quod ſcripſi in ſuperioribus.q.xv.⁊ quod appellatione dignitatis non cõtineatur tanta dignitas:facit vt excludamus odioſa iura contra cardinales ⁊ interpretemur fauorem:vt no. in.c.dilectus.de cõceſ.preben.et ita eſt ſeruatum noſtris temporibus in domino cardinali boni mẽorie ſancte crucis quo ad epiſcopatum Seneñ.⁊ archiepiſcopo Mediolani qui nunc eſt cardinalis:⁊ minime mutanda ſunt q̄ certam legem habuerunt.l.minime.ff.de leg. Ex quibus cõcluditur epiſcopum vel archiepiſcopũ ꝓmotum vel cardinalatuz retinere priora beneficia. Aduertant tamen domini cardinales habẽtes epiſcopatum vel alia beneficia/vt faciãt eccleſie ſeruare ꝑ numerum clericorum cõſuetum ⁊ hoſpitalitatem et alia ſimilia tenere ⁊ facere in dictis eccleſijs in quibus habẽt beneficia. C.de monachis.de p̄ben.⁊ ibi Nico.abb. ſiccu.vbi dicit cõtra cardinaleshabentes eccleſias in commẽdam qui non ſeruant eas in cultu diuino et ceteris oportunis ſm ſolitum ſtatum eccleſie.faciunt nota. in.c.paſtoralis.de priuile.et in.c.lateraň. de prebẽ.per Innoc.An dominus cardinalis poſſit exire curiam ſine licẽtia domini noſtri pape?reſpondeo nõ ſm Joã. and.et docto.in.c.eccleſiaveſtra.el ſecundo.de electio.vbi dicũt ꝙ dominus cardinalis habet alias ligatas vt nõ exeat curiam ſine licentia pape.An dñs cardinalispoſſit eligi ad inferiorem dignitatem: puta ad epiſcopatum? reſpõdeo ſm Ab. et Joã.and.et Anto.de butri.in dicto ca. eccleſie veſtre.qḋ aut eſt epiſcopus cardinalis ⁊ debet poſtulari ⁊ nõ eligi:aut eſt cardinalis p̄ſbyter vel diaconus et debet eligi:licet aliqui moderni vt Joã.de imo. dicãt ꝙ debet poſtulari indiſtincte et nõ eligi.⁊ Jo.de ligna.ait:qḋ cõſuetudo curie eſt vt poſſidetur.Queſtiones magne ſunt:an ſolus dñs noſter papa ſine cetu dñorũ cardinalium poſſit ardua et valde magna negotia facere. Joã.mona.in ca. ſuper eo.de here.lib.vj.tenet ꝙ non:quẽ ſequũtur plures doctores noui:maxime dñs Franciſcus de zabarelis in repetitione.c.perpendimus.de ſentẽ.excõmu.vbi ait qḋ cetus cardinalium eſt in quaſi poſſeſſione ne dñs noſter papa faciat valde ardua ſine ipſorum dominorum cardinalium cõſilio.ſed cõtrarium tenet Alberi. de roſate.in rubrica.C.de legi.⁊ Joã.and. et Gemi.in dicto ca.ſuꝑ eo.poſſumus tamen dicere ꝙ de poteſtate abſolutaveruz dicit Joã.and.ſed de poteſtate condecẽti ordinaria et vtiliori reipublice bene lo-

quitur Joã.mona .ꝑ hoc videtur text.in ca.ꝑ venerabilem.ver.rationibus.qui fi-
lij ſint legiti.quod bene facit in ſimili.et qđ ibi notãt doc.et legiſte/maxime Bal.
in.l.humanum.C.de legi.Queſitum fuit ſi dñs cardinalis mutuat fratri vel nepo-
ti pecuniam ex qua emit magna predia.
an fundus ſit nepotis/vel fratris/vel ec-
cleſie:reſpondit Bald.qđ eſt nepotis vel fratris.in.c.eccleſia.vt lite penden.quod
intelligo verũ/niſi ꝓpter fraudẽ.l.fraus.
ff.de legi.⁊ Bald.in.l.mancipia.C.ſiquis alteri vel ſibi.vide notata in.c.cũ in offi-
cijs.de teſt.nec obſt. no. in.l.ſi vt propo-
nis.C.de rei ven.cum ſimi.quia vbi pecu
nia erat eccleſie . ſecus quando in alium
transſertur dominiũ:pone in accipiente
mutuo.Queſtio pulchra eſt:an dñs cardi
nalis ſi obuiat ei qui ducit ad mortẽ poſ-
ſit eum liberare a morte: reſpondit Bal.
quod ſic.de conſuetudine.l.aditos . C.de
appel.qđ eſt ſingulare ad ſaluandum vi-
tam hominis: vt voluit Alberi.in.l. adi-
tos.C.de epiſco.audien.An offendẽs pſo
nam domini cardinalis incidat in penã
leſe maieſtatis:reſpondeo ꝙ ſic.c.felicis.
de penis.lib.vj.vbi ponũtur maxime pe-
ne:ſed in epiſcopo vide clemẽ.j.de penis.
⁊ cõtra offendentes dominos cardinales
maxime legatos dñi nři pape. qđ notat
in.l.quiſquis.C.ad.l.iuliam maieſta.An
dominꝰ cardinalis debeat morari in cu-
ria:reſpondeo ꝙ ſic:niſi ex cauſa legatio
nis.glo.di.xcvij.in ca.nobiliſſimus.vidẽ
dum eſt quod ſcripſi ſupra.q.xx.an cõtra
dominũ cardinalem poſſit opponi excu-
ſatio recuſationis:reſpondeo ꝙ de facili
non admittitur recuſatio cõtra dominuʒ
cardinalem ꝓpter ius appropriatum iu-
ſtitiam ⁊ fidem.ſm Hoſtien. Joan.andr.
et Anto.de but.in ca.ad petitionẽ.de ac-
cuſ.No.ergo magnã cãm ad recuſandũ
dñm cardinalẽ iudicẽ.⁊ ad hoc tene mẽti
notata in.c.cũ olim.de offi.dele.Utrũ car
dinalis dicat illuſtris.rñdeo ſm Bal.i.l.
j.ff.de offi.p̃fec.p̃to.qđ dr illuſtris. ꝗnimo
ſupilluſtris eſt dñs cardinalis.ſm Spec.
in tit.de iuriſdi.om.iud.§.fi.ver.maximi
ſunt.et ver.ſm canones.et facit quod no.
ſcripſi poſt Ang.in rub.ff.de iuriſdi.om.
iudi.¶An cetus dñoꝝ cardinaliũ poſſit
ꝯcedere vt extrahat aqua.de flumine pu-
blico nauigabili ſubiecto eccleſie Roma-
ne ad alium locũ:reſpondeo poſſe.l.quo-
minus.ff.de flu.⁊ ca.eccleſia habet.xvj.q.
j.vbi cetus dominorũ cardinalium repre
ſentat ſenatum.facit qđ not.glo.in.l.j.ff.
a quibus app.non licet.vbi doc.allegant
dictam.l.quominus.⁊ facit qđ notãt doc.
in ca.cum te.de re iudi.An cetus domi-
norum cardinaliũ poſſit cõdere legẽ non
cõtrariam iuri cõmuni:reſpondeo:vide-
tur tex.in partem affirmatiuam.in.l.non
ambigitur.ff.de leg.tu.vide not.in cle.ne
romani.de elect.in.l.fi.C.de leg.⁊.xvj.q.j.
eccleſia.in.l.formã.C.de offi.p̃fec.preto.et
Alberi.⁊ alios modernos in.d.l.non am-
bigitur.⁊ de ſenatus origine.vide Archi.
in.c.ſenatuſconſultum.ij.diſt.Utrum do
mini cardinales ſcribuntur cũ titulo:re-
ſpondetur qđ omnes preſbyteri cardina
les ſcribãtur cum titulo ſuo/excepto ba-
ſilica.xij.apoſtolorum que ſine titulo ſuo
ſcribitur.licet Spec.donat titulũ in ſpe-
cu.titu.de libel. concept.§.iam nunc vi-
dendum circa principiũ.Utrum dominꝰ
cardinalis habeat iuriſditionem audien
di cauſas:reſpõdeo ꝙ dñs cardinalis nõ
habet cauſam audiendi cauſas/niſi ſpe-
cialiter a domino noſtro Papa cauſa ei
ſit commiſſa/vel niſi iure ꝓprio:puta epi
ſcopatus ſui tituli ad eum ſpectaret.ſm
Specu.in titu.de libel.cõcep.§.iam nunc
videndũ.circa princi.ver.cardinales aũt
nullam cauſam.Utrũ credatur teſtimo-
nio domini cardinalis ſine iuramento:
reſpondeo ꝙ ſic.ſm Inno.in ca.cũ olim.
el primo.de priuile.licet.d.Anto.de butr.
ibi dicat.qđ facit p̃ſumptionem.vide no.
in.c.cũ a nobis.de teſti.⁊.c.quod ſup his.
de fide inſtru . An dñs cardinalis poſſit
teſtari ſine licentia domini noſtri pape:
reſpondeo nõ de cõſuetudine.ſm Hoſti.
in ſumma.in titu.de peni.§.cui confiten
dum.ver.cui cardinales.⁊ hoc verum eſt
de iure.ſi monachus vel canonicus regu
laris ſit creatus cardinalis.ſm Bald. in
aut.licet.C.de epiſ.⁊ cleri.aliter nõ video
quid obeſt cur nõ poſſint de iure teſtari.
c.j.⁊.c.cũ in officijs.⁊.c.relatum.de teſta.
Sʒ ſi de curie romane cõſuetudine appa
reat/illa obſeruãda eſt.Utrũ monachus
vel canonicus regularis poſſit fieri cardi
nalis:rñdeo poſſe ſm Bal.in aut.licẽtiã.

C.de epiſco.⁊ cleri.Utrũ monachus effectus cardinalis abſoluatur a ſubſtantialibus regule?reſpondeo non abſolui.ſm Bald.in.d.aut.licentiam. An cardinalis habeat ius epiſcopale in eccleſijs ſuis?reſpondeo dominũ papam reſpondiſſe Jo.mo.quod cardinales in ſuis eccleſijs habent ius epiſcopale.ſm Joã.and.⁊ doct.in.c.j.de maiori.⁊ obe.lib.vj.vide nota.in c.dilectis.de capellis mona.An cardinalatꝰ dignitas ſit maior qualibet alia excepto papatu?reſpõdeo ſm Hoſtiẽ.⁊ Joã.and.in.c.dilectus.lo primo.de prebẽ.qđ curia romana tenet hodie nullã eſſe maiorem dignitatẽ cardinalatu excepta dignitate papali:⁊ ibi dicit Hoſt.ꝙ memorie habere debent cardinales illud Bernardi.erubeſcat hõ eſſe ſuperbꝰ ex quo humilis factꝰ eſt deus.An in excõmunicatione generali veniãt dñi cardinales?reſpondeo non.per notata.in.c.qꝛ periculoſum.de ſenten.excom.lib.vj.Si papa cõmittat cauſam.domino cardinali cũ clauſula appellatione remota an ab eius ſententia poſſit appellari?reſpondeo nõ ſm Bald.in.l.j.ff.de offi.prefec.preto.qđ not.quis eſt ex cardinalibus qui vngat imperatorẽ?rñdeo ſm Hoſt.⁊ Jo.and.i.c.venerabilẽ.đ elec.ꝙ cardinalis Hoſt.ex antiq̃ ꝯſuetudine impatorẽ vngit ex mãdato pape:⁊ poſt Hoſti.coronat dñs nr̃ papa.de quo etiã per Hoſti.⁊ Ant.de bu.in.c.antiqua.de priuile.an collegio dominorũ cardinaliũ a duabus partibus poterit opponi ꝙ electus nõ ſit de numero ſeu collegio cardinalium?⁊ videtur ꝙ ſic.lxxix.di.c.oportebat:tamen hodie non poteſt opponi hec exceptio contra electionem domini noſtri pape.ſm docto.maxime Nico.abba.ſicculum.in.c.licet.in.iiij.no.de elec.an a ſententia lata a cetu dominorũ cardinaliũ appelletur?reſpõdetur ꝙ nõ:quemadmodum a vera ſententia ſenatus.l.j.ff.a quibus appel.non licet.⁊.xvj.q̃ne.j.c.eccleſia:ſed forte poteſt appellari.l.j.C.de ſenten.prefec.preto.Dubitatum eſt an a ſententia vnius cardinalis poſſit appellari?reſpondeo ꝙ ſic.c.raynutius ⁊ raynaldus.de teſta.⁊ Bald.in.l.iij.ff.de offi.prefec.preto.⁊ Specu.titu.de lega.§.ſupereſt.verſi.illud autem ſumitur.Quis gloſ.dicat contrarium ⁊ male.in.l.j.ff.de offic.prefec.preto.niſi dicamus ꝙ illa gloſ.reſtringitur quando dominꝰ noſter committit domino cardinali cauſam cum clauſula appellatione remota.vt dixi.s.in queſtione incipiente ſi papa committat ⁊c.An domini cardinales in abſentia ſuorum beneficiorum poſſint fructus ſuorum beneficiorum de iure recipere?reſpondeo ꝙ ſic.c.cum dilectus.de cleri.non reſi.vt plene examinat Oldr.cõſi.xlvj.qđ ius cõe habet eos pro reſidẽtibus cũ ſeruiãt eccl̃ie romane q̄ eſt mater oĩm eccleſiaꝝ ⁊ q̄ gerit ſollicitudinẽ oĩm aliarũ eccl̃iarũ.c.bone.el p̃mo.de poſtu.p̃la.⁊ in ꝓemio li.vj.nã cardinales ſunt magis familiares dñi nr̃i pape ꝙ̃ alij ⁊ principaliores alijs:ipſi eñ ſtãt in ſeruitio eccleſie ſuſtinẽdo pondꝰ diei ⁊ eſtus:⁊ ſunt collaterales ⁊ pars corpis dñi nr̃i pape.c.felicis.de peni.li.vj.an familiares dñorũ cardinaliũ in abſentia bñficioꝝ ſuoꝝ poſſint fructus recipere?Reſpõdeo hãc prorogatiuam concedit dominus noſter papa ſingulis cardinalibus etiam reſpectu familiarum ſuarum:ſecũdum docto.maxime Joan.and.⁊ Anto.⁊ Nico.in.c.cum dilectus.de cleri.nõ reſidẽ.vtrũ impetrãtes literas familiariter a dominis cardinalibus qui realiter ⁊ vere nõ ſunt familiares dominorũ cardinalium gaudeant priuilegio:vt fructus beneficiorũ poſſint in abſentia recipere?reſpõdeo nõ ſm Nico.abbatẽ ſicculum in.d.ca.cũ dilectus.quod eſt notabile cõtra impetrãtes l̃ras familiaritatis.Quid requiritur ad condẽnandum dominũ cardinalem?reſpõdeo quod ſi ſit dominus cardinalis epiſcopus req̃runtur.lxxij.ſi ſit cardinalis preſbyter.lxiiij.teſtes.ij.q̃.v.c.preſul.⁊.c.nullam.vbi tex.ponit rationem ſpecialitatis vt propter inſolẽtiam quorũdam malorũ qui cardinales volent accuſare vt ipſis amotis in eoꝝ loco poſſent inſtitui.Quero an cardinalis gaudeat priuilegio premiſſo in numero teſtium ſi accuſetur de his que commiſit antequã eſſet cardinalis?reſpõdeo nõ:ſed gaudet dicto priuilegio numeri teſtium ſi accuſatur de his q̄ cõmiſit poſtquã priuilegiatus eſt.ſm Archi.in.d.c.preſul.qui allegat.l.j.ff.de priuileg.credi.ſed in veritate lex loquit̃ indiſtincte in.d.c.preſul:⁊ ratio eſt genera-

lis in vtroq; caſu in precedēti queſtione.
nec obſtat.d.l.j.q: loquitur quo ad penā
non quo ad probationē.An dominus no
ſter papa conſtringatur ad ſeruandum
numerū teſtiū ad condemnandū domi=
num cardinalem de hereſi vel ſciſmate.
reſpondeo ꝙ non.ſm glo.in verbo cardi
nalem.in.c.j.de ſciſma.lib.vj.ardua q̄ſtio
eſt an vacāte ſede apoſtolica cetus domi=
norum cardinalium vtatur iuriſditione
domini noſtri pape?reſpōdeo non niſi ex
cauſa grādi ⁊ imminēti periculo.gl.in.c.
j.de ſciſmati.lib.vj.Tu vide glo.⁊ doc.in
clemē.ne romani.de elec.⁊ notata in.c.ex
eo.de peni.⁊ remiſ.per docto.maxime per
Hoſtiē.An vicarius domini noſtri pape
habeat iuriſditionē in ſubditos ⁊ fami=
liares dominorum cardinalium? reſpon
dit Franciſcus de zabarellis.in cle.ne ro
mani.de elec.quod de conſuetudine ſer=
uatur quod nō:q: ſubditi dominorū car=
dinalium remittuntur ad vicarios ipſo=
rū dominorū cardinaliū. An domini car
dinales debeāt perſonaliter cōparere in
iudicio?reſpondeo ꝙ nō quinimo debēt
procuratorē litigare. ſm Specu.in tit.de
acto.§.vnico.ver.item illuſtris.⁊ in.l.pe=
nul.⁊ in aut.quod ius.C.de procu.an cre
datur domino cardinali de eo qđ dicit fa
ctum a domino noſtro papa viue vocis
oraculo?reſpondeo de cōſuetudine credi
tur.ſm Lapū alleg.xxxiij.videatur in ca.
ꝙ ſuper his.de fide inſtru.⁊ in.c.cum lite
ris.de in integ.reſti.⁊ Joā.and.in.c.j.de
offi.lega.lib.vj.⁊ in.c.cōſtitutus.de app.
per Hoſtiē.⁊ Joan.and. Queritur an ſo=
lus dominus noſter papa deponat cardi
nalem vel eū excōmunicet.reſpondit Ho
ſtiē.in.c.ex geſtis.de cleri.non reſi. quod
cum collegio dominorū cardinaliū depo
nere ⁊ excōicare pōt:⁊ hoc verum puto de
ordinaria ⁊ cōdecēti ptāte:ſed de abſolu=
ta ſolꝰ papa pōt depōere ⁊ excōicare:⁊ hoc
federe diſtinctiōis cōcordant ⁊ cōiungū=
tur varia dicta doctorum.in.d.c.ex geſtis.
vbi Jo.de lign. Nicolaus abbas ſiculus.
tenent contra Hoſtiē.nā Hoſtiē.⁊ cōſul=
tius:atq; propēſius aliter ⁊ liberaliter re
ſpondeatur de conſilio dominorū cardi=
nalium:q: quod a pluribus queritur faci
lius inuenitur.argumentū.c.prudentiā.
de offi.deleg.⁊.l.humanū.C.de legibus.

facit quod ſcripſi in ſuperioribus.qōne
xvj.An dominus cardinalis legatus de
latere conferat beneficia? reſpōdeo ſic.c.
j.⁊.ij.de offi.lega.lib.vj.⁊ ibi plene: an do
minus cardinalis filiuſfamilias abſolua
tur patria poteſtate?reſpōdeo ꝙ abſolua
tur.vt in aut.ſed epiſcopalis dignitas.C.
de epiſco.⁊ cleri.⁊ in.c.indecorū.de eta.et
quali.non tamen perdit iura ſuitatis.ar=
gu.l.quod fauore.C.de leg.⁊ ſcripſi in di=
ſputatione mea ſuitatis:quā feci Senis.
An dominus noſter papa debeat diſpēſa
re ad cardinalatū bigamū? reſpōdeo ſm
Nico.in.c.at ſi clerici.de iudi.qđ nō: pro=
pterea non fuit cardinalis.d.Joā.de lig.
Quādo dominus papa aliquid facit ex
quo ſcandalizatur tota eccleſia vniuerſa=
lis q̄d debent facere domini cardinales?
reſpondeo ꝙ cetꝰ dominorū debet mone
re papā:vt deſiſtat ⁊ ſe corrigat:non autē
dico eū deponēdum.lxxix.diſtin.ſi quis.⁊
lxiij.diſtin.adrianus. faciūt notata poſt
Inno.per doc.in.c.inquiſitioni.de ſentē.
excō.⁊ in.c.quanto.de cōſuetu.An cetus
dominorū cardinalium peccet ſi cōſulat
pape vt diſpenſet cōtra ius cōmune ſine
iuſta cauſa?reſpōdeo ſic.nā licet diſpenſa
tionis ſit tutus quo ad eccleſiam militā=
tem que eſt in manu dn̄i noſtri pape. ſm
Inn̄.in.c.inquiſitioni.p̄alle.de ſen. excō.
tamen peccant quo ad deum ſi ſine iuſta
cauſa fit diſpenſatio.ſm Nico. abbatem
ſiculum.in.c.de multa.de prebē. ⁊ facit
quod notatur per Jo.and.in.c. nouit. de
iudi.vbi de dnmino noſtro papa loquit:
an cetus ſacer dominorū cardinaliū de=
beat ſuadere dn̄o noſtro pape: vt ponat
pacem ⁊ quietē inter principes xp̄ianos?
reſpōdeo debere.vt notatur in.c.nouit.de
iudi.prealle.⁊ peccāt cōfeſſores abſoluen
tes principes occupātes alienas vrbes ⁊
p̄uincias maxime eccl'ie romane.ſm Jo.
an.in.c.qđ ſuper. de voto ⁊ voti redemp.
Utrū cardinalis ſit magis aſtrictus quā
alius homo mūdi ad amandū dn̄m nr̄m
